sanorum[a] potestatis. Postea vero in proximo secundo mensis Maii, dominus Fridericus dux Austrie, avunculus prefati regis Conradi, cum tota militia ipsius regis, intravit civitatem Pisanam per portam Leonis, et Pisani cives cum magna militum et peditum comitiva iverunt versus eum usque ad Cacciarellam Motronis[b], faciendo[c] pontes super ipsam Cacciarellam, et per dictos pontes[d] venit militia antedicta cum duce prefato, cum castrum Motronis[e] esset tunc perditum secundo mensis ~~maii~~ Martii[e] precedentis. Et in proximo XVI. kal. eundo julii, die[f] sancti Viti, videlicet die Veneris, magnificentissimus ~~vir~~ rex[g] predictus ~~exivit~~ de civitate [Pisana] per portam de ~~qua~~ Guata Talungo[h] pro eundo versus Romam, Apuliam atque regnum. Tamen ante discessum ejusdem regis cum exercitu Pisanorum ivit in comitatu Lucano[i] ad depopulationem Lucanorum, et tunc cep~~erunt~~imus[l] campanile sancte Marie de judicibus per expugnationem viriliter factam[m] in qua[n] fuit facta magna Lucano- [strages]

a) pisane V.
b) mutronis V B.
c) bis scr. V.
d) et per d. p. bis scr. B.
e) murronis V.
e) Maii; p. corrigit B.
f) die – Veneris, B.
g) vir B.
[Pisana V.]
h) qua Talungo B.
Apuliam B.
i) Lucanum V.
l) ceperunt B.
m) fcam V.
n) quo V.
Luc. str. B.